



1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
...

Xc 42



DISSERTATIO INAUGURALIS MEDICA
DE
MILITVM VALE-
TYDINE TVENDA
IN CASTRIS

QVAM

PRÆSIDE

DN. FRIDERICO HOFFMANNO

CONSILIARIO REGIS INTIMO ET ARCHIATRO
VNIVERSITATIS FRIDERICIANAE SENIORE ET MEDICINAE
PROFESSORE PRIMARIO CETERA.

ORDINIS MEDICI h. t. DECANO

PATRONO AC PRAECEPTORE SVO OMNI OBSEQVIO
AETATEM COLENDO

PRO GRADV DOCTORIS

PVBLCICE DEFENDET

Ad d. XV. Aprilis MDCCXXXV.

AVCTOR

IOHANNES GEORGIVS LESSER

BEROLINENSIS

EXERCITVS POTENTISSIMI PORVSSIAE
REGIS MEDICVS.

HALÆ MAGDEBVRGICÆ

TYPIS IOHANNIS CHRISTIANI HILLIGERI, ACAD. TYPOGR.

DE
MILLITVM VALLB
TYPINE OPIORNO
GALLIMO
DE K. V. TRIN
DN FRIDERICO HOFEMANNING
CONSILIARIO REGIS IN REGNO ET ARCHICAMERARIO
UNIVERSITATIS MEDICINAE ET PHARMACIÆ
PROFESSORIS PRACTICÆ
IMPERATORIS MAXIMILIANI
PATRONO AC PHARMACEUTO ET OPERARIO
MAGISTRATO ET ABBATIS REICONS
PRO GRABATO DOCTORIS
LEONARDI LUDWIGI REICONS
FRIDERICI REICONS
M. D. C. C. C. C. C.

ACTOR
IOHANNES GEORGIVS LESSER
BREMENSIS
TAXATOR SOLITUDINUM FORSTAL
REGIS MEDICVS

HALE REICONS
3711 IOHANNES CHRISTIAN REICONS, ACAD. TYPOG.



V I R O
REVERENDISSIMO ET PERILLVSTRI
**CHRISTOPHORO
GVILIELMO
DE KALKSTEIN**

AVGVSTISSIMI REGIS BORVSSIAE SVPREMO BELLII
LEGATO, ORDINIS ST. JOANNIS EQVITI,

DOMINO
KNAVTTAE, MVLHVSAE, WOGAVIAE.

RELIQVA

MAECENATI SVO AETERNA RELIGIONE
SVSPICIENDO

LIBELLVM HVNC DEVOTISSIMO ANIMO

D. D. D.

VIR
REVERENDISSIME, ET PERILLVSTRIS
DOMINE AC MAECENAS
AETERNA RELIGIONE SVSPICIENDE,

SI quantum divina TVA virtus, & sublime ingenium,
VIR REVERENDISSIME, suspiciab omnibus, iu-
stis, & bonis de caussis, solet, tantum, in praesenti,
ad declarandam pietatem TIBI meam, conferendum
operæ ducerem? non minus verbosa possêt iam a me
epistola expectari, quam esse solent pleræque eorum, qui
libellis suis, maximorum hominum nominibus praescri-
ptis, ad eorum adreperere benevolentiam, populari, & pa-
rasitica adsentatione enituntur. Sed cum ea demum
sit vera, atque praecleara laus, quam non tam praecomum
vocibus tributam, quam factis laudati ipsis expressam ad-
miramur: ipse autem TV, SVMME VIR, quan-
tum belli pariter & pacis artibus valeas, fugere eo-
rum
rum

rum neminem queat, qui non sunt bonarum plane re-
rum omnium expertes: superfedere ambitiosa merito-
rum TVORVM commemoratione, atque modestia
adeo inferuire incredibili illi TVAE, & maximis fere qui-
busque animis propriae virtuti, videor posse, cui certe
adtribuant vnice, qui inconsulte me agere caussabuntur,
si, cum immaturum ferme ingenii, quod vix in me ta-
men agnosco, fructum ad TE deferre, grauissimis sem-
per negotiis intentum, sustineam, parum de TE, aut ni-
hil, hoc loco, dixerō. Quam quidem excusationem
meam quemadmodum accepturos confido omnes, qui
aut magnitudinem TVAM habent perspectam, aut me-
am infantiam norunt: ita quo minus eius iam tempo-
ris refricem memoriam, e quo litteræ meæ salutem TVO
vnice præsidio & vitam debent, quibus rebus impediatur,
non potest, credo, esse obscurum. Ego, quam adhuc
tacitus mecum continui, obseruantiam, aduersus TE, in-
credibilem, nuncupando isthoc libello, colligenti sarcini-
culas, enato, declaraturus, vt exprorecta eum fronte, pro
veteri & singulari beneuolentia TVA, accipere haud gra-
uatim velis, rogarem multo iam impensius, nisi diffidere
inuisitato fauori TVO, quo quidquid a litteris aliquid tra-
hit, lubens complecteris, possem existimari. DEVM
O. M. rerum humanarum sapientissimum illum diribito-
rem, supplex veneror, velit vitam TIBI quam diutissime
largiri, bonis rebus omnibus adfluentem & eum in mo-
dum fortunam benigne amplificare TVAM, quo non
magis

magis quidquam possit, aut illustrius cogitari. Vale bene, cum perillustri gente TVA, temporum TVORVM MAECENAS, & benevolentia deinceps TVA me, nisi indignus plane sim, fove atque tuere. Halæ d. xv. Aprilis. M DCC XXXV.

VIR REVERENDISSIME ET PERILLVSTRIS
DOMINE AC MAECENAS
AETERNA RELIGIONE SVSPICIENDE
REVERENDISSIMO ET PERILLVSTRI NOMINI TVO

deuotissimus perpetuo

JO. GEORG. LESSEVS.

Q. B. F. Q. V.

DISSERTATIO INAUGURALIS MEDICA

DE

MILITVM VALETVDINE
TVENDA IN CASTRIS.

PROOEMIUM.



Rignorum ac rerum publicarum
praesidium firmissimumque ro-
bur esse exercitum, ab omnibus
rebus probe instructum, armo-
rumque perito vsui aduetum,
vsque adeo cognitum atque
certum est, vt verba perditurus sim, si id hoc de-
mum loco vellem ostendere. Quam vero nimis
saepe acciderit superioribus temporibus, vt firmis-
simi exercitus, ex lectissimorum iuuenum viro-
rumque multitudine compositi, ingruentium
morborum vi primum labefactati, hostium im-
petui cedere coacti fuerint, armisque ac viribus
longe antea inferioribus succumbere debuerint, res
adeo certa est, vt nemini, rerum ante nostra tem-
pora gestarum non omnino rudi & experti, pos-
sit obscurum esse. Hungaria atque Italia infini-

tis fortium virorum corporibus sepulturam dederunt; sed omnium historiarum fide constat longe plures morbo, quam armorum & telorum mortifera plaga, occubuisse. Hinc summæ rei fatales sæpe inclinationes accidunt, imperantiumque omnes fortunæ in discrimen adducuntur. Maximo sumtu conscribitur miles, non sine magno toedio ad promptam armorum tractationem & disciplinæ militaris adfuetudinem deducitur. Quantam igitur Princeps iacturam faciat, quando nullo suo & publicæ rei emolumento morbis contabescunt milites, per se clarum est. Suppleri exercitus novis tironibus posse certum est: sed non sine novis impensis; & tiro tamen semper nouo labore ad peritum armorum vsum deductus, veterani militis dignitatem & vsum non præstat, nisi post multos demum annos in hoc vitæ genere consumtos. Maximi itaque momenti res est militum, pro principe ac patria strenue depugnantium, valetudini prospicere. Merentur hanc providentiam honestissimi ac fortissimi viri, qui patriæ salutem, suis corporibus obiectis, tuerentur, quibusque periclitantibus simul ipsa rerum summa periclitatur. Rectissime id cognouerunt vetustissimæ gentes, quarum moribus numquam

quam exercitus dimittebatur sine medico: omniumque maxime Lacedæmonii illum tenebant morem, vt XENOPHON nobis auctor est, ex Lycurgi instituto. Possẽm vetustiora tempora adducere, & laudare duos heroas medicos, qui bello Troiano interfuerunt, nisi vererẽ ne detraham fortibus ducibus & principibus, qui ipsi copias in aciem producebant, si illos medicorum tenuisse locum perhiberem. Sed nec quicquam decedet vel accedet toti rei, siue antiquam siue nouam aliquis credere velit: cum vtilitas atque necessitas eius manifesta sit, & in oculos incurrat. Quum vero Potentissimus REX Porusis, Dominus meus clementissimus, nuper mihi curam valetudinis copiarum suarum, ad Rhenum militantium, gerendam demandauerit: coepi grauitatem muneris accuratius meditari, & quicquid de hoc argumento litteris mandatum esset, exquirere, vt fructum inde capere & colligere possẽm, quem in salutem militum conferrem. Obigit autem mihi ARNALDI de VILLANOVA *regimen castra sequentium*, cum aliis eiusdem auctoris scriptis editum, perbreue & non multæ frugis. Melior est ANTONII SCHNEEBERGERI, Tigrini, liber de *bona militum valetudine conseruanda*, secundum



sex rerum, vt medici vocant, non naturalium ordinem conscriptus, Sigismundo Augusto, Poloniae regi, dicatus & Cracouiae 1563. 8. editus; Multa bona continet, sed obruit militem varietate commendatorum remediorum, quorum vix decima pars apud nos est parabilis; aut si parari vtique possent, militi in castris vix possunt ad manus esse, vt illis fruatur. Vidi etiam iucundeque legi RAYMVNDI MINDERERI medicinam militarem, vernaculo sermone admodum candide scriptam: & illius aliqua praecipua, in meos vsus excerpti. Praeter indicatos alius mihi non obuenit auctor, qui de tuenda valetudine in gratiam militum seorsim commentatus sit: quamquam in auctoribus variis, qui de morbis castrensis scripserunt, dum causas illorum requirunt, multa ad rem meam facientia obtigerunt. Praecipue placuerunt TOBIAE COBERI obseruationes medicae castrenses, qui mihi viam quasi imaginem morborum, qui milites plerumque agrediuntur, & causarum, vnde frequentissime gignuntur, animo & oculis obiecit. Dum his laboribus defungebar, simulque consilium ab illustri Dom. PRAESIDE, patrono ac praecipuo meo per tot annos fidelissimo, aca me per omnem
æta-

ætatem filiali obsequio & pietate colendo, petebam, quodnam argumentum edendi speciminis inauguralis potissimum eligerem: accidit ut is mihi auctor esset, illud ex multis eligerem, quod vitæ generi, cui destinatus sum Clementissimi Regis & Domini mei iudicio, quam sit proximum. Scilicet commentari me iussit de militum valetudine in castris tuenda: atque se mihi consilio & opera affuturum pollicitus est. Tanto iam præsidio & auxilio nixus & suffultus, non debebam utique vel trepidare vel tergiuersari: rem vero aggressus sum illo ordine tractandam, qui laudato SCHNEEBERGERO etiam placuit, ut cogitarem quid ex rebus non naturalibus militi obtinere possit, quod periculum bonæ valetudini minetur, & subiungerem quo se pacto a noxa suscipienda præteruare, aut ab initiis iam suscepti morbi tutissime ac celerrime liberare queat. DEVM veneror, velit conatibus nostris illos successus largiri, quos omni prece & suspirio anhelamus.

§. I.

DE militum valetudine in castris tuenda nunc aëturis, verborum definitione parum opus videtur, quum omnibus notum sit, quid sit miles, quid castra denotent, quid rectam valetudinem dicamus. Enimvero iuuabit rem non tam definire quam secundum attributa & circumstantias, ad præsens negotium præcipue pertinentes, describere, ut lectori in memoriam reuocemus, quid in recto iudicio ferendo maxime attendi debeat. Est autem miles persona honesta, quæ sacramento, quod Principi suo dixit, obstricta est belli laboribus & ærumnis, quoties id iubetur, etiam cum vitæ manifestissimo periculo, fortiter subeundis: tantum abest, ut suæ spontis sit, atque vel commode viuere, vel se subtrahere possit tempestatum variis iniuriis, aliisque causis, quibus valetudini labes affricari, aut corporis integritas detrimentum capere possit. Non habet plerumque cibi & potus delectum, sed obuiis, & pro temporis ac loci circumstantiis parabilibus, victitare debet: aliquando affluit & abundat victus optimus, est vero læpius, quando parce viuere, aut famem sitimque sustinere cogitur. Tempora cibi certa, eduliorum adsuetus ordo, lautitiarum creber vsus, adeo non conueniunt cum vita militari, ut omnium primo his desuescere debeat, qui vel tirocinium artis huius ponere aggreditur. Iam somno meridiano statuta hora indulgere, aut certa noctis hora lectum bene stratum & mollem intrare, beneque clauso & muni-

& munito conclavi requiescere & vires reficere, donec stata hora euigilare & labores repetere iubeat, adeo non est militare, vt nihil minus possit. Vigilandum est, dum alii dormiunt, & dormiendum quando licet & vacat. Laborum & quietis nulla certa designataque habent tempora. Non licet, quod suæ spontis homines magni faciunt, statis excretionibus sudoris, vt matutinis a somno, vacare, non eius causa sanguinem infusis calidis excitare, certisque horis illud, quo se carere non posse aliqui existimant, euacuationis genus adstringere. Nec tempora sanguini mittendo certis lunæ phasibus adstringere valent. Animi affectuum noxas, præsertim ab ira excandescente, omnium minime licet euitare: præsertim illis, quibus gregarii militis dirigendi & in ordine continendi munus incumbit: quin ipsis illis, qui ordinem præcipuum obtinent, ceterisque præfunt, multa quotidie occurrunt, quæ animum commoueant indignatione: ne dicam de irrequieta cura & cogitatione, qua hostium consilia rimari, ab insidiis ipsorum sibi cauere, totiusque belli successum e longinquo prospicere debent.

§. II.

Castra non intelligimus illo sensu, quo sæpe arces & habitationes nobilium eodem nomine afficiuntur: sed statua militum a ducibus & imperatoribus assignanda, quibus vel integer exercitus subsistit, & commodissimum aliquid agendi tempus exspectat, aut hostium conatibus sese opponit: vel certæ cohortes ex mandato imperatoris consistunt, vt transitum hosti prohibeant, aut in propinquo sint, si hoc vel illo loco in subsidium

B

vocari

vocari debeant. Sub dio aut tentoriis ibi degitur, male a frigore aut intenso calore munitis. Et quamquam libero perflatu ventorum satis, & aliquando plus satis, frui licet: fieri tamen nequit, quin in tanta hominum & animalium multitudine aer effluuiis variis impleatur: fordesque accumulentur: præsertim vbi venti silent, & siccus calor diu continuat, ipseque positus locorum ventos aerem purgatuos excludit & prohibet, aut a paludosis humidis locis ad castra compellitur noxiarum exhalationum copia. Sunt quidem aliqui etiam præsidio urbium & castellorum impositi, qui videntur his in aprici gramine campi recumbentibus feliciores: sed quum obsidione cinguntur, sat multum sustinent incommodorum: nè dicam ipsa istiusmodi castella & propugnacula raro optimis & saluberrimis locis esse structa, sed plerumque in eo spectari solere reliquas rationes, ad securitatem potius & expugnandi difficultatem, quam ad salubritatem, adeo accurate exactas.

§. III.

Valetudo est vocabulum ancipitis significationis, nos autem rectam intelligere, quæ tuenda sit, facile intelligitur. Sed labascentem fulcire, lapsam erigere, deprauatam corrigere, vitioque depulso integram restituere, officio medici castrensis non minus contineri, & vt, quantum in ipso est, hic sedulo inuigilet, omnemque operam & studium ad hoc præstandum conferat, obligatum esse agnosco & profiteor. Atque vtinam liceat priori, quod ob dignitatem titulo inscripsimus, obtento, superfedere ceteris officii partibus. Quum vero fieri vix possit, vt in exercitu, aliquot hominum millia

millia includente, tam recte ad votum omnia comparata sint, vt non pluribus morborum causæ inhærescant, & valetudinem labefactent: dispiciendum vtique erit de causis istis, vnde morbi primam originem frequenter habere solent, vt his cognitis & auersis, aut, si auerti omnino non possint, mature recteque correctis, exorientes morbi in herba, quod aiunt, supprimantur, & fugiens sanitas reuocetur.

§. IV.

Eundum itaque nobis erit per sex illas rerum in schola medica non naturalium nomine appellatarum classes, vt videamus quantum & quale a singulis imminet rectæ valetudini periculum: hocque cognito statim subiungamus, quid facere, ad illud auertendum, recta cum ratione oporteat. Aeris, quem non eligere militi licet, sed quemcunque circum se hærentem perferre oportet, qualitates excessiuæ corpori nocent, vt si excessiue sit frigidus, calidus, humidus aut siccus. Frigus excessiuum, docente illustri Dn. PRAESIDE *medic. rational. tom. II. p. 427.* fortiori fibrarum & vasorum strictura & compressione, humorum motum ab ambitu corporis magis ad interiora vrget & conuertit & æqualem atque per vasa minima exteriora liberum sanguinis & humorum circuitum impediendo, graues & periculosas, in partibus præsertim debilioribus, infarctus, vasorum repletiones & morbiferas semper stases ac stagnationes efficit. Quod si nimis diu perferendum sit rigidissimum gelu, humores omnino congelantur, parsque fit tanquam emortua, quæ nisi recte studiosissimeque tractetur, sæpe omnino emoritur & a parte sana

dit. Potentissime corpora ferit vehemens frigus matutinis horis iter versus solem orientem hyeme facientes, quia tunc fere ventus ab ea plaga coniungitur vehementissime perfrigerans: sic vt tota die his maxime horis cauendum sit. Eundem effectum facit boreas, aduersus instans, & per noctem aut noctis partem tolerandus. Noxarum militibus illatarum a frigore grauissimarum exempla dant XENOPHON *de exped. Cyri libr. IV.* & HENR. MVNDIVS *oper. med. physicor. p. 23.* qui vltimus commemorat in Scotia factum fuisse, expeditione quadam hyeme instituta, vt plerisque militum pedes & manus adeo gelu contraherentur, vt multi ægre incedere valerent, quidam non omnino, nec arma tractare.

§. V.

Præter manus ac pedes pinnæ narium & auriculæ maxime expositæ sunt iniuriis, ab intenso frigore suscipiendis: de quibus præter alios videndus est AMBR. PARAEVS *libr. XI. Cap. 2.* qui sphaceli, a congelatione tam in his quam aliis partibus orti, pessimam indolem exemplis ostendit. Et sane plurimum nocet illis, qui humorum copia repleti sunt, eorumque impuritate cachectica vel cacochymica laborant, aut spasmodicis morbis obnoxii sunt, vel nuper a graui morbo conuauerunt: concitat autem cephalalgias, vertigines, affectus soporosos, apoplexiam, paralyfin, auditus vitia, oculorum obscuritates, lippitudinem, tusses, pleuritides, asthma humidum & longe plura mala: de quibus videatur Ill. D. PRAESES *l. c.*

§. VI.

§. VI.

Aduersus tam graues noxas munitum militem reddunt vestes: multum tamen ipsum etiam iuuat, si corpus moueat cursu aut cita deambulatione, manu-umque concussione. SCHNEEBERGERVS de saniv. milit. conseruand. p. 6. de Walachis scribit, quod cum in regione frigidissima habitent & propemodum nudi, leuissimis vestibus induti incedant, motum siue cursum, & manuum concussionem, vice tecti, vestium, lectique sibi esse didicerint. Iuuat interdum manus rigere incipientes niue defricare, deinde crebrius mouere. Si ad ædes perueniant, caueant probe calefactum locum illico intrare, aut ad fornacem vel focum properare. Rigentem partem niue aut aqua frigida foueant: deambulent potius, quam quiescant, & ante quam ad interna compulsi detentique humores ad externas partes remeauerint, spiritum vini aut alium valde spirituosum potum assumere caueant: quoniam facile coagulantur intrus coaceruati humores. Tutius bibitur cerenisia, postque hanc haustam, si iter continuandum sit, spirituosus potus, moderate tamen & ipse sumendus. Etiam illud admonendum esse puto, ne miles, si forte ad frigidum locum peruenerit, vbi pernoctandum sit, in conclau, quod nec fornacem nec caminum habet, carbonibus ligneis, qualibus fabri vtuntur, succendat. Quo grauius frigus, eo certior noxa maiusque vitæ periculum imminet, quod suo exemplo omnem posteritatem docet Romanorum imperator Iouianus, qui vitæ exitum hoc modo inuenit in pacata regione, quum ab hoste victorias retulisset. Vide EVTROPIVM lib. x.

B 3

cont.



conf. D. D. PRAESIDIS *medic. System. tom. II. pag. 293.*

§. VII.

Atque hæc de frigore sicco dicta sufficient. Frigus humidum non minus, immo magis etiam, corpori nocet, humores quidem æque inspissans, tonum autem fibrarum insuper relaxando, vniuersum humorum cursum retardat, transpirationem imminuit, sicque copiam impuritatum succis adiicit. Tanto autem peior est humiditas, si a locis paludosis adspirans flatus nebulas ac nimbos afferat: vnde vernali atque auctumnali tempore plurimi populariter grassantes morbi exoriuntur. Oportet itaque illo tempore, quo talis est aeris constitutio, potissimum id agere, vt transpiratio conseruetur, atque hoc sine adhibere vinum, spiritum vini iuniperatum, medicamenta spirituosa, allium, baccas iuniperi, & quod fere parabilissimum est, sulphur eiusque flores, quibus diapnoen conseruari & promoueri experientia docuit. Si rob iuniperi vel sambuci ad manus sit, nec ipsa sine fructu adfumentur.

§. VIII.

Omne frigus vehementius nocet homini ieiuno, quam qui cibo potuque resectus est. Vehementer igitur optandum esset, vt tali tempestate miles non prodire deberet, nisi iusculeo vel infuso aliquo calido assumpto. Votum id est & consilium Ill. Dom. PRAESIDIS in *diff. de morbis præcavend. §. 31.* vbi suadet, si nihil aliud ad manus sit, libræ aquæ feruentis vni addere baccarum iuniperi leuiter tostatarum xx. aut xxx. & frustulum tosti panis, & post vnam vel alteram ebullitionem calidissime
hoc

hoc forbillare, vt alia infusa solemus. Hoc præmisso nec facile nocebit haustus aliquis spirituofus: ficque bene fluxiles humores cutis constrictos poros aperient, & tam per hos, quam per alia emunctoria, dissipabitur, quicquid impuratum in corpore alias erat remanfurum.

§. IX.

Sed non minus, quam a frigore, lædi calore nos posse certum est: certe molestiarum inde militibus in castris degentibus plurimum enasci solet. Aer nimio calore feruens, inquit D. D. PRAES. *med. System. rom. 1. p. 337.* humores corporis immodice attenuat, ac raros facit, dumque pororum hiatus latiores reddit, inconspicuas distillationes nimis auget. Sic vero sanguinis particulæ subtiliores, quæ optimæ sunt, plus iusto eliminantur, gelatinosæ vero resoluuntur & dissipantur, vnde corpus debilitari necesse est. Quamquam, si recte rem ponderamus, pleræque noxæ, quæ sub æstuante tempestate oriri solent, non tam directe & primario calori tribui debere videntur, quam vel frigidiori & humidiori aeri, qui nocturnis & matutinis horis regnat, indeque ortis crebris vicissitudinibus, vel male suadæ fiti, cuius leuandæ gratia milites potum aut intemperanter, aut qualitate noxium infundunt: vel eiusdem fitis explendæ causa fructus horæos, sæpe non satis maturos, læpius rore noxio conspersos, ingurgitant.

§. X.

Oportet itaque, quantum fieri quidem potest, providere, vt, dum maximi calores feruent, miles sub tentorio requiescat: itinera autem noctu suscipere, atque matu

matutinis horis eadem prosequi. Illo potissimum tempore vino & spirituosis potibus, atque aromatibus, utpote humores magis expandentibus, abstinendum est. Utendum autem nitro, acidis, ut acetosa, acetosella, succo citri, ipsoque aceto, quod, teste SCHNEEBERGERO *p. 66.* Romanis militibus in usu fuit, quemadmodum de Marco Catone relatum legitur, ipsum in militia semper aquam bibisse, nisi quando ardentem sitiebat, tunc enim acetum potasse. Sed de hoc suo loco inferius seorsim dispiciemus, ubi de potu agendum erit.

§. XI.

Calor humidus corpora vehementer resoluit, languoremque inducit, quia fibras motrices nimium laxas & flaccidas reddit, & cutaneam excretionem valde & ad excessum usque intendit. Tanto autem nocentior est, quum humiditas, quam aer secum fert, impura est, atque exhalationibus sulphureo-salinis referta: unde morborum celeri impetu in plures transeuntium, magnasque strages edentium, quos epidemios seu populares vocare solemus, origo pendet. Ipsa vero effluvia huius generis frequentissime debentur in vicino putrescentibus aquis, paludibus, stagnis: sed & tot hominum & animalium, in magnis castris diu degentium, exhalationes, & excrementa cetera, non possunt non aerem circumfusum implere & inquinare. Si vero his accedat hominum & animalium in pugnis cætorum aut morbo defunctorum, non satis profunde humatorum, aut prorsus sepultura carentium, putridæ & fœtidæ colliquationes & tabescentiæ; utique gravius malum reddi necesse est: grauissimum vero fit, quando ex his iam plura corpora infe-

infecta in febres, dysenteriasque malignas incidunt, atque in horum corporibus specificatum & exaltatum venenum in plures, qui versari cum illis & inter illos debent, transit, similemque corruptionem malignam putredinosam in illis excitat: quæ vix coercibili impetu tunc potissimum progreditur, quando ad aeris infecti malignitatem, varia in victu reliquo vitia accedunt: de quibus suo loco mentio facienda erit.

§. XII.

Vix certius tanto malo remedium datur mutatione loci, castrorumque ad salubriorem regionem translatione: sed hoc non pendet ex medici voto: quem, dum illud liceat, alia artis suæ præsidia & auxilia afferre oportet, aut suadere saltem & proponere. Iuuabit igitur ad aerem corrigendum magnos & luculentos ignes in castris sæpe accendere, quibus aer stagnans & vappidus commouetur, ipsiusque corruptionis magna pars consumitur. Tentoria succensi sulphuris fumo sæpe purganda sunt, & aceto conspergenda. Si iuniperi copia sit, illius virides ramos cum baccis vtiliter incendimus, atque hoc fumo impuras aeris partes vel dispellimus vel corrigimus. Militi tunc temporis vtiliter datur, quicquid transpirationis successum conseruat, vt infusum quale §. 8. commendatum est, puluis ex vegetabilibus quibusdam alexipharmacis, vt pimpinella alba, helenio, angelica, galanga, gentiana, carduo benedicto, cum nitri aliqua portione: aut, si nihil horum ad manus sit, subinde sulphuris flores, quantum cultri cuspis capit, præbeantur cum aliquo terreo absorbente, vt testis ouorum, conchis præparatis, chelis & lapidibus cancrorum.

C

Vtilis.

Vtilissime versus noctem capiatur talis medicina, quo tempore frigus, calorem diurnum excipiens, solet intruere, & corporis superficiem constringere.

§. XIII.

Dum calido aere ambiuntur corpora, & sub eo moventur, necessarium est sæpe illa multumque sudare, & illuie multisque sordibus obsideri. Hæ dum cutim vndiquaque tegunt, non solum cum tempore poris claudendis valent, verum etiam idoneum hominem reddunt, cui exterius per aerem sparsa halituosa miasmata facilius inhærescant, sicque toti corpori insinuentur. Duo præsidia aduersus hanc noxam nobis data sunt, alterum, vt indusia, quæ sudorem multum exceperunt, crebro mutantur: alterum vero, vt vbi locus & tempus permittunt, corpus crebro lauemus. Dicit vix potest, quantum veteres huic rei tribuerint. Afferam in hanc rem notabilem SCHNEEBERGERI locum: Cum vero, inquit, qui in sole feruente itinere peractio non lauerit, GALENO *meth. med. lib. x. cap. 10.* auctore, aut in febrem incidat, aut capite grauato longo laboris tædio afficiatur: illico se in aquam frigidam milites, utpote valentes viribus, coniciant & iuuabuntur. Nam ex itinere accedimus balneum frigidæ, ne loqui quidem præ linguæ & faucium ariditate valentes, totumque corpus squalidum ac exsiccatum habentes. At egressi e frigida, confestim omnia pro naturæ habitu recipimus, nec febrili calore vexati, nec siccitate afflicti, promteque loquentes ac magna sitis parte leuati. Sed & rustici in stagna vel flumina seipfos coniciunt, nullo medici consilio, sed ipsa gubernante, corpus natura ad id,

id, quod utile est, compulsi: quæ eadem etiam animantia ratione carentia instinctu concitat ad eorum, quæ offendunt, contraria: siquidem & hæc, ubi æstu vexantur, frigida se lauant. Hactenus SCHNEEBERGERVS.

§. XIV.

Enimuero huic consilio obsequuturi caueant, ne maxime æstuantes, & vere adhuc sudantes, frigido lauacro se permittant. Alexander Magnus, quum se incautius in hoc gereret, inque Cydno, Ciliciæ rapidissimo & hinc frigidissimo fluuij, lauaret, in magnum vitæ periculum adducebatur. Deinde etiam prouidendum est, ne quis febre actu laborans lauacro se tradat: tandem ne natandi imperitus, in fluuii ignoti gurgitem illabendo, vitæ periculum subeat. Si in vicino sunt thermæ, vt in Hungariæ multis sit locis, etiam ad Rhenum, illarum lauacro vtilius etiam se permitterent. Sed quum hæc res multas cautiones habeat, quas hic locus non capit, sine medici consilio hoc promiscue fieri non suaferim.

§. XV.

Progredior ad exponendum de cibo & potu militum, vnde non paræ nec paucæ morborum causæ & occasiones solent nasci, si magni errores in quantitate, qualitate & assumendi modo aut tempore committantur: quos tanto studiosius cauere militem oportet, quo certius est morbos facillime exoriri, si cum crebro intercepta & prohibita transpiratione concurrat ventriculi imbecillitas, aut ille cruditatibus oppletus sit. Quantum enim diapnoe liberior, auctiori sanguinis circulo

impetranda; concoctionem iuuat: tantum male succedens hæc illi vicissim detrahit: quod solidissime ostendit Illustr. Dom. PRAESES *medic. system. tom. II. p. 367.* Oportet autem assumtorum quantitatem æqualiter respondere illi copiae humorum, quæ per labores, & inde factas excretiones, consumpta & distata fuit. Hoc nisi fiat, languebit miles, & minus bene transpirans omnibus morbis fiet idoneus. Docet hoc sæpius visa calamitas, vbi se fami prægressæ nimis cito pestilentes grauiissimi morbi adiunxerunt, in quibus a medicorum ope minus auxilium accessisse debuit, quo magis hi morbi, deficientibus initio probis succis, deinde prauis miomatibus subingressis, & in corpore multiplicatis, originem debuerunt.

§. XVI.

De ciborum delectu multa præcipere militi superuacuum existimo: quum raro copia diuersi alimenti suppetat, & vt necessarii ad vitam cibi potusque boni & laudabiles adsint, per homines huic procurationi idoneos efficiatur. Incidit autem subinde, vt vel comenatu excludatur exercitus, vel intercipiatur, vel ob longiora itinera aliasque causas inedia longior necessaria & inuitabilis fiat. Vbi id factum fuit, vel maxime cauendum est ne subita & nimia repletionem damnum irreparabile militis inferatur valetudini. Optimum tunc est refectionem a iusculis incipere, & vbi ab his humores nouum supplementum acceperunt, iamque ventriculo affertur, quo opus est ad cibos concoquendos, generosus latex gastricus, ad solidiorem cibum licet progredi, ea quantitate, quæ infra satietatem subsistat
potius,

potius, quam illam æquet aut prorsus excedat. Si iusculo parando necessaria desint, vini, sed diluti, aut cereuisiæ calidæ scypho misceatur vitellus oui, aut, si & hic desit, manipulus farinæ, aut panis frustulum, quod bene emollitum sensim cum potu deglutiat.

§. XVII.

Pertinet huc CORNELII CELSI aureum monitum, quo milites sæpe indigebunt: *Si quando insuetus quis laboravit, aut multo plus quam solet, etiam is, qui adsuevit, huic ieiuno dormiendum est. Illud quoque nosse oportet, quod ex labore sudanti frigida potio perniciosissima est: atque etiam, quum sudor se remisit, itinere fatigatis inutilis.* Et potus quidem frigidus hac ratione improvide sumtus, hominem in ventriculi & intestinorum grauem periculique plenissimam inflammationem coniiicit, stasi inducta humoribus per tenuissima vasa circulantibus, & actuali frigido coagulatis. Si cum enarratis omnino coniuncta fuerit aliqua causa, quæ magnam ab iracundia excandescentiam attulit, tanto magis augetur periculum, sed ad extremum discrimen res adducitur, si quis accedat inconsultus medicus, & tunc emicantibus vomendi conatibus, sub vana præfiguratione ac spe ductum naturæ sequendi eamque adiuuandi, præbeat vomitoriam medicinam, sicque oleum camino addat. Venenum non maiori periculo præberi potest, quam talis medicina datur his circumstantiis: vtique si subiectum sit plethoricum & temperamenti sanguinei ad cholericum vel melancholicum declinantis, quod Ill. Dom. PRAESES singulari commentatione declarauit, & in *medic. System. tom. II. pag. 238. §. 6. repetiit.*

§. XVIII.

Non possum, quin hic apponam MINDERERI, multum in castris versati medici, doctrinam ex *medic. milit. pag. 69. seqq.* Si valde aestuas & sitim perferre amplius nequis, tantam tibi indulge moram, ut prius lotium emittas, os frigida probe colluas, atque micantibus temporum & carporum arteriis eandem admoueas. Si vero precipitanter potum infudisti, noueris te in magno periculo versari, quod multis uiuendi finem intra XXIV. horas attulit, alios in cachexiam, asthmatam & hecticam consumptionem adduxit: quosdam pleuriticos & empyos fecit, aut viscera naturalia labe insuperabili vitiauit. In tanto itaque periculo constitutum docebo te auxilium, quod Deus militum & laboriosorum hominum vsibus, per omnia prata & loca grammosa, per totum annum praesolari nos iussit. Est haec plantula vulgaris, quam bellidem minorem uocant. Huius tu folia humum te gentia collige, munda, & cum aceto, oleo & pauxillo sale tibi acetarium para, quod celeriter, post acceptam noxam assume. Certam fert opem & conspicuam, venerorque immortalis Dei beneficium, qui mihi concessit bene multorum salutem tam uili medicina sartam teclam conseruare, & in periculum adductam recuperare. Viginti & pluribus annis medicinam tractanti nondum occurrit certius & iucundius auxilium & experimentum hoc ipso, quod laudauimus, modo celeriter fuerit allatum. Floribus non opus est, sed folia opem ferunt. Meretur hoc experimentum humani generis bono omnibus reuelari, utque innotescat cunctis, orbium portis & templorum foribus inscribi & affigi

§. XIX.

Saepe accidit militi in castris & itineribus, ut aquæ non

non optimæ, necessitate cogente, bibi debeant. Cautio hic fit, ne manifeste turbidam ingerentes animalcula aut ouula insectorum simul deglutiant, quod aliquibus magno valetudinis suæ damno accidisse, nimis quam certum est. Huic periculo obuiam ibitur percolatione est per decoctionem, quæ concitato intestino motu expellet sulphureo-salinas volatiliores partes, in fermentescente putredinoso motu constitutas, aut ab ipso ortas & productas. Si minus moræ conceditur, iuuabit tali suspectæ aquæ instillasse vnâ vel alteram guttam olei vitrioli, quod remedium tam SCHNEEBERGE-RVS pag. 58. b. & 69. albo calculo notat, quam MINDERERVS pag. 67. valde commendat. Et sane a recta ratione haud abludit hoc correctionis genus: quippe tam concentrati acidi exigua quantitas, magno vasi, fermentante aut putrescente materia repleto, infusa intestinam illam expansionem manifeste compefcit. Ne dicam quod intensissimo æstui, indeque ortæ siti compefcendæ, valde simul proficuum fit idem remedium, quod in tantilla quantitate secure adhibetur ita dilutum, quum alias, & extra has condiciones, nocere possit.

§. XX.

Et quoniam ad hunc locum deducti sumus, vt de sitis, militibus sæpe molestissimæ, remediis dicendum sit, quæritur quid de adipis seu antidipficis veterum, quibus nos a siti, vel magna eius molestia, liberare possimus, sperandum sit. Equidem existimo naturale desiderium alimenti humidi, quod suppleat sanguinem per sudorem ceterasque excretiones imminutum, nulla re

alia

alia vere fisci & auferri posse, nisi ea, quæ defectum humorum expleat. Dari tamen, quæ sitim morbosam, ab acrimonia humorum salina, fauces & palatum quasi exurente, corrigere possint, persuasum habeo: deinde quæ nimium humorum motum compescendo & calorem imminuendo efficiunt, vt dissipatio fluidi tenuissimi minor fiat, crasisque humorum melior firmitorque subsistat. Prioris generis sunt pulueres temperantes ex absorbentibus, salibus mediis & nitro: posterioris ipsum quidem etiam nitrum, deinde vero acidula vegetabilis regni, & quod antea laudabamus, acidum vitriolicum, moderate adhibitum. Qui sumtus impendere possunt, curent sibi conficiendas tabulas ex cremore tartari, succo citri, berberum; cum sacchari sufficiente quantitate conficiendas. Tandem sunt etiam, quæ auxilium palliatium præbent, salinæ affluxum excitando, sicque oris siccitatem corrigendo, vt si quis crustam panis ore masticeet, aut glycyrrhizam mandat, aut globulum plumbeum in ore agitet.

§. XXI.

Atque hæc satis secunda sunt sitis remedia. Paulo maiorem cautionem requirunt fructus horæi, ex quibus aliqua, quæ æstate ineunte ad maturitatem perueniunt, vt fraga, myrtilli, cerasa, sic satis secunda sunt, præsertim quod tunc temporis raro noxii rores per noctem decidunt. Sed vergente iam ad auctumnum æstate, dum huius generis aspergines deferuntur, longe maior est adhibenda in huiusmodi indulgendis cautio. Et prunorum præcocium aliqua genera inprimis vitanda videntur, quoniam in ipsis est succus aluum extimulans, qui faci-

facile diarrhoeas concitat, quæ deinceps, accedentibus pluribus causis, quarum castra feracia esse diximus, in dysenterias malignas degenerant, magnasque strages subinde edunt. Eadem causa parcum esse usum iubet malorum Armeniacorum & Persicorum, quibus tutius abstinetur, ubi iam diarrhœæ se ostendunt: ut melonum ac cucumerum usus in castris plus timoris quam fiduciæ ostendit, præsertim in gregariis, qui raro sibi temperant, & desistunt illis præfidiis, quibus ordinum præcipui ductores facile vincunt aut auertunt inde metuendas noxas.

§. XXII.

Quod ad potum in vniuersum pertinet, de eo dicenda aliqua videntur, in quibus sanitas militum valde versatur. Sunt in magno exercitu diuersissimi homines, qui stipendia merentur. Aliqui a iuuentute non adsueuerunt nisi cereuisiario potui, alii vinis innutriti sunt. His in regione vinis abundante secure vinum conceditur: illis non nisi cum conditione magnæ moderationis, donec eius usum perferre addiscant. Iuuaabit eos aquam interponere & admiscuisse. Fuere quidem inter veteres, qui vini usu omnino interdixerunt militibus: sed hi de vinis generosissimis, qualia apud Græcos, Italos & Hungaros proueniunt, cogitasse videntur, quæ utique maiorem cautionem requirunt, quam Germaniæ pleraque vina. Sed & inter illos veteres non defuerunt, qui graues morbos in exercitu ortos annotarunt, ex quo vino cœperunt desitui: de quo videndus est APPIANVS *de bell. Parth. pag. 165.* qui illud *pag. 168.* seorsim testatur Antonii milites, post longam omni-

D

um

rerum, & præcipue vini inopiam, quum ad feliciores agros peruenirent, seseque affatim implerent, hydropicis coeliacisque morbis laborare coepisse: quod simul comprobatur ab aduersis non posse subito ad infueta tuto transiri: & periculi plenam esse repentinam repletionem, post diurnam inopiam.

§. XXIII.

Inter potus genera a milite potissimum expetitur vinum adustum, seu spiritus sic dictus vini, qui vel ex foecibus vini destillando paratur, vel ex frumenti diuersis generibus, præcipue autem ex tritico & hordeo. Copiose hic haustus non solum inebriat, & militem vigiliis obeundis, ceterisque officii partibus, ineptum reddit, verum etiam valetudini ingens periculum afferre valet. Nam non solum sanguinem & lympham coagulando periculosas stases, hincque ortos inflammatorios acutos morbos, inducit: verum etiam cachexiæ, phthisi, hydropi obnoxium illum reddit, talemque efficit, qui numquam ad integram valetudinem possit reuocari. Merito igitur abusus prohibetur, & innoxius ac salutaris vsus ostenditur.

§. XXIV.

Cum periculo & damno adhibetur, quoties magna copia bibitur, & quidem minimo phlegmate præditus, quem rectificatissimum, aut alcoholisatum dicimus. Talis enim coagulat lympham & sanguinem, corporisque tenuissimas & subtilissimas partes exsiccando & constringendo valde nocet. Qui vero minus est accurate a phlegmate liberatus, minus corpori nocet, & maiori fructu & vtilitate accipi potest, modo & hic in
quan-

quantitate non excedatur. Est autem vſus ſecurior, poſt aliquem cibum vel potum, quam ſi ſolus, præcipueque poſt incaleſcentiam aut defatigationem, corpori infundatur. Idemque minori damno bibitur auctumno & hyemis initio vel ſine, quando aer frigidus & humidus regnat, quam vel æſtate, qua humores iam ſatis expansos & teruidos magis æſtuare facit, vel ſæuiſſima hyeme, qua humores ab externo habitu ad interiora compulſos, promte coagulat, & polypofas in vaſis maioribus concrectiones, multorum morborum chronicorum matres, producit: præſertim ſi bibatur ab illis, qui ſub tali ſtatu quieſcunt, nulloque corporis motu humores ſuos commouent. Si quis vero motum ſæuiſſima hyeme ſubiturus moderate biberit, & aliquid cibi, potumque minus ſpirituofum, vt cereuiſiam, prius adſumſit, non facile hinc lædetur. Emendatior erit hic potus, ſi ſuper iuniperi baccas, aut aniſi ſemen, abſtractus fuerit. Sed & heic idem tenendum fuerit, quod de vino, reſpectu conſuetudinis & inſuetudinis, antea monuimus: & in genere dicendo, ſemper vinum minus, quam ſpiritus vini, nocere deprehendetur.

§. XXV.

Ordine ſermonis ad exponendum de fluidis ſponte ſumus deducti, ante quam de cibus dicenda omnia abſoluere licuit. Militibus quidem non præcipiendum ſcimus de gulæ deliciis & irritamentis, quippe paucis eorum licet talibus abuti. Sunt tamen hæc inter aliqua, quæ accuratam curam poſtulant: ſæpe autem militibus, rei huius non omnino gnaris, periculum graue inferre poſſunt, ſi ſe promte ſponteque offerunt. Talia ſunt

fungorum varia genera, quos inter omnino sunt aliqui edules: sed quod similitudo facile fallit, ipsaque tempestatum diversitas modo satis innoxios reddit, aliquando conspicue nocentes facit: equidem militi suaverim omnino ab illis abstinere, Certum est quod parum nutriant, & si quid conferunt corpori, illud a iure & pinguibus additis veniat. Quare suadeo militi in hoc sequatur sapiens monitum SCHERBIL, qui fungos sumtuosissime apparatus fineto deberi ad posteritatem transmissit. Si magni imperatores non satis cauere damnum ab illis metuendum potuerunt, quid non metuendum erit militi, cuius culina non ferre potest illum apparatus, qui lautitiis his apparandis impendi debet. Si quis tamen incautus fuerit ab illis laesus, & strangulari se sentit, illico ad acetum confugiat, quæratque hoc præsumto theriacam: aut potius ante antidotum euomere tentet, multa tepida cum oleo aliisque pinguibus & lubricantibus in ventriculum infusis, deinde digito faucibus intruso.

§. XXVI.

Ex auibus etiam non sine metu comeduntur omnes palustres, seu quæ alimentum ex paludosis locis quærunt, quas inter est ciconia. Relatum accepi a viro fide digno, qui nobilem quendam & minime gregarium militem nouit, cui placuit ciconiæ apparatus carnes comedere, atque ab eo tempore in tertium annum nidorosos ventriculi male appetentis ructus, atque diarrhoeam valde debilitantem tolerauit, quam antea sanissimus fuisset, nihilque a se admissum inuenire cogitando posset, quod causam languori suo præbere potuisset. Eiusdem

dem generis sunt ardeæ, quamuis forte salubriores, quia piscibus plerumque pascuntur, quum ciconiæ omne insectorum genus deuorent. Ex ceteris auibus coturnices non carent metu noxæ inferendæ. Plures in historiis medicis occurrunt, qui earum esu in vitæ præsens periculum fuere præcipitati. Malignitatem illam tunc extimescere in primis decet, quando continuæ pluuiæ messis tempus antecesserunt aut comitatæ sunt, magnumque prouentum lolii temulenti attulerunt, quod in tractibus Franconiæ, Sueuiæ ac Rhenano frequentius inter segetes, quam alibi, sub tali tempestate, succrescit, & coturnicibus iucundum pastum præbet. Caueat etiam miles delibare illam iucunditatem, quam aliqui percipiunt turdorum ventriculis exsugendis: nam vt innoxium hoc sit in illis, qui iuniperi baccis sese impleuerunt: non tamen carebit periculo in pastis folani furiosi baccis, quibus, in quibusdam montanis tractibus utique abundantissimis, iucundissime pascuntur

§. XXVII.

Quando miles, annonæ difficultate, forte in pratensi aut palustri solo fossis agendis occupatus, & siti ac famæ pressus, conspicit radices molles, succolâs & carnosas, degustanti non ingratas, caueat sibi ab ipsarum usu: potest enim incidisse in radices cicutæ aquaticæ, quibus nihil humano generi nocentius excogitari potest: sic vt omnes medicorum libri pleni sint describendis earum noxiis, quas post WEPFERVM, præstantissimum medicum Scaphusinum, qui integrum tractatum de hoc argumento reliquit: aliqui præstantes viri porro annota-

runt, quibus adducendis superfedemus, quia recentilectoris medici memoriae facile occurrent.

§. XXVIII.

Longum foret, si de omnibus a cibo & potu metuendis noxis monere hic & erudire militem cuperem; quare id vnicum addo, temperantiam in hisce optimam esse morborum multorum castrensium auerruncam: cui tanto magis studendum est, quando morbi ingruere iam incipiunt. Si quis a cibo, vel potu noxio & insalubri lesus sentit, optime facit, si mature euomat; cui scopo seruiet aqua tepida copiose hausta, & digitus ad summas fauces intrusus. Etiam hoc subiungo, quo magis aer intemperatus est, aut impurus, & morborum castrensium initia se exserunt, cauendum esse, ne ieiunus miles prodeat, aut infectos accedat. Dysenterii sese ostendentibus victus ab oleribus & fructibus ad oryzam, fegopyrum, farinacea, hordeum mundatum & ex-corticatum, debet transferri, adiectis, si haberi possunt, aromatibus temperatioribus & croci pauxillo. Tunc quoque vinum moderate sumtum egregie iuuat: tantum abest vt sit militibus subtrahendum. Loquor autem non de musteis, sed de probis & iustam aetatem consequutis. Hic vero iterum sit cautio, ne a nefariis hominibus mango nio corrupta, aut lithargyrio iniecto edulcorata vina bibantur: quae adeo non iuuabunt, vt potius in extremum valetudinis periculum, lentasque noxas hominem praecipitent. Cognoscantur autem & detegantur illo liquore praecipitante ex auripigmento cum lixiuio calcis viuae decoctione parato, quem Exc. D. D. ZELLERVS singulari dissertatione *de docimasia vinorum*



vinorum lithargyrio mangonifatorum & celeberr. D. D. RO-
SINVS LENTILIVS in iatromnematis conficere
docent. Ipsos etiam cibos qualitate innoxios & lau-
dabiles esse debere, iam supra §. 16. inuimus: facile
enim intelligitur panes mucidos & corruptos, carnes
femiputridas, lardum rancidum, olera infectis permixta,
farinam situ corruptam & lolio permixtam, & quæ alia
sunt huius generis, non solum parum, verum etiam
pessime nutrire, integrisque exercitiis morbos inge-
nerare posse. Sed hæc potius annonæ procuratoribus
& magistris, quam medico, respicienda existimo. Pro
conclusionem tandem totius huius argumenti, quod in-
salubritatem ex cibis & potibus ostendit, plura cupien-
tem remittimus ad illustris D. PRAESIDIS *medic. System.*
tom. I. pag. 342. vbi incipit tractatio de salubritate & insalu-
brite esculentorum: & tom. pag. 349. vbi de morborum origi-
ne ex copia & vitio ingestorum, vt & pag. 368. vbi de alimen-
tis intemperatis ex instituto agitur. In ceteris etiam dia-
teticis eiusdem excellentissimi & longo rerum vsu ex-
ercitatissimi viri scriptis, quæ ob præstantissimam do-
ctrinam & longissime patentem vtilitatem in vernacul-
um sermonem translata sunt, abunde multa quæ huc
faciant occurrant, in omni vitæ genere tenenda.

§. XXIX.

Atque hæc nunc de noxis a cibis atque potibus in
militem redundaturis dicta sufficiant. Progredimur ad
tertiam rerum non naturalium classem, quæ motum &
quietem complectitur. Motum quoque exercitationum
nomine complectimur, quæ adeo debent militi esse con-
suetæ, vt hinc exercitus nomen accepisse videatur, quod
exer-

exercitando fiat melior, vt Cicero ex M. VARRONE adducit. Atque his tirones militiæ a primis annis instruuntur & adsuefcunt: ipsique veterani, ne torpeant aut habitum amittant, crebro ad easdem reuocantur: quo nihil potest vtilius esse, quum & peritiam belli laborum augeat hic labor, & valetudinem iuuet, durataque corpora efficiat, quæ, vbi necessitas & vsus requirit, longe plurima facile perferunt aliis grauia & intolerabilia futura. Sed in his respici tamen debet, vt laboribus tam ingesta, quam interquiescendi iusta spatia, bene respondeant: & in fatigatis a magno labore probe cauantur illi errores circa potum assumendum, quos supra notauimus. Etiam hoc salutariter commendatur, vt a maximo labore, sub quo corpus valde incaluit, ad quietem per placidiorem demum motum transeamus: omnis enim subitus ab extremo vno ad alterum transitus periculum asferre solet.

§. XXX.

Quumque magnus labor sudorem, aut saltem copiosiore transpirationem, moueat; nihil autem perniciosius esse possit, quam subita illius suppressio: illam auertat miles, si corpori valde æstuanti vestes non detrahat, neque se quieti in loco frigido & humido statim permittat. Id si in statiuis ex pleno voto caueri non possit, ad ignem succensum se foueat, tunc indusio humido a sudore facto aliud siccum substituatur, ciboque ac ac potu recreatus quiescat. Si cui altero die a magna defatigatione artuum grauitas superest, frictio valde conducet, & ab ea lenior corporis motus. Aliquibus febres a vehementi commotione accenduntur, quæ, si cetera

cetera laus homo fit, non diudurant, & a breuitate diariarum nomen acceperunt: sed omnino contemni tunc non debent, quando populariter grassantur malignæ & petechiales: quippe hoc initio præteruiso facile confirmantur & tanto citius iugulant.

§. XXXI.

Quies nimis diuturna & quasi perpetua homini laboribus adueto noxia est: præsertim si cum securitate & omnium rerum abundantia coniuncta sit. Eneruatur enim miles otio ac voluptatibus, quod Hannibal maxime sensit, cum ipsi ad Capuam confidenti Romanorum dux configendi nullam copiam faceret, miles autem in illo totius Italiæ fertilissimo ac iucundissimo agro adeo degeneraret, vt nihil deinceps ageret pristina fortitudine dignum. Causa, cur valetudini rectæ officiat desidia & motus defectus, non e longinquo petenda est. Nam quum labor corpus firmet, excretionesque, quæ pro sanitate sunt, excitet & augeat: ignauia idem hebetat, sordesque omnis generis in ipso colli- gi & aceruari permittit: vnde morbi promte exoriantur. Quanta prouidentia id omni tempore auertere duces conati sint, nolo ex historiis hic adducere: præsertim quum hæc cura non tam medicum tangat, quam ipsis imperantibus incumbat.

§. XXXII.

De somno & vigiliis, quod in militum gratiam heic addam, parum inuenio. Etiam illis, vt cuiuis homini, opus est somno reparare & instaurare vires. Sed ita in hoc debent versari vt vigiliis, quoties id res & imperantium requirit edictum, possint vacare, easque cum

E

recto

recto studio obire. Obest autem illis magna repletio a cibus & potibus, hisque maxime spirituosus. Oportet itaque ab his sibi temperare illos, quos vigiliarum ordo tangit, ceteros autem numquam ita indulgere, ut bonam mentem amittant, soporeque grauentur. Exemplum nimis multa prostant exercituum hac calliditate victorum, quod fugam simulantes hostes castra vinis abundantia reliquerunt, reuersi deinde vino sepultos aggressi trucidauerunt. Cumque potus medicaminibus soporiferis aliisque noxiis infici possint, semper donum ab hoste suspectum esse militi debet, ne cum honoris & vitæ iactura redimendum sit.

§. XXXIII.

In recta valetudine tuenda non infimum sibi locum exposcit excretionum omnium naturalium legitimus successus, & artificialium adfectarum tempestiua observatio. Has inter regnat illa per vniuersam corporis superficiem fieri solita transpiratio insensibilis, qua non solum impuritates & superflua multa expelluntur, verum etiam omni corporis puncto nutriendo idoneæ materiæ iter apertum conseruari vnice debet ac potest. Sed huius rationem iam habuimus supra, quum de aeris, ad impediendam vel nimis intendendam illam idonei, cauendis noxiis ageremus. Non esse suppressendam eam, præsertim fortius commotam, dicebamus, quum de motu loqueremur. Nihil itaque hic superest, quod de illa addamus.

§. XXXIV.

Si valde multum transpiramus sub aere calido & humido, adiuuante insuper motu diuturniore & grauiore,

re, alius facile siccitatem contrahit, qua neglecta in morbos varios incidimus. Solent enim non longe abesse congestiones ad caput, unde dolores vehementes enascuntur, aut decubitus humorum ad alias partes, antea forte debilitatas & morbo idoneas factas, unde, concurrentibus aliis causis, variæ ægritudines nascuntur. Succurrendum igitur erit mature aluo obstructæ, non per drastica remedia, quibus motus intestinorum peristalticus vehementer extimulatur & peruertitur, sed potius per blanda: quæ inter regnant salina cum copioso vehiculo aqueo assumenda, vt sal Anglicanum, mirabile Glauberi, sal fontium & thermarum, aut salia media, vt tartarus vitriolatus, arcanum duplicatum. Quin ipse tartarus crudus pertinacem alui duritiem corrigere valet. Si iam tormina & cephalalgia superueniunt, nihil certius succurret, nihilque iucundius, infuso calido foliorum fennæ, cui & ipsi tartarum ac saccharum licebit iungere. Si id parare locus prohibet, succurret serupulus vnus pulueris radicis ialappæ, cremore tartari, aut crudo puluerifato, pari pondere addito. Sed optimum erit in hoc nihil sine consilio medici moliri, quia subesse possunt grauium morborum initia, quibus singulari consilio prospiciendum sit.

§. XXXV.

De re venerea exercenda aliqua heic sunt adducenda, quia raro exercitus tam bene legibus coerceri potest, vt non aliqui heic peccent & libidinibus sese conseruet, cauendo impuram venerem: idque si non conscientia dictamine impetrari ab ipso potest, discat

exemplo commilitonum, qui gravissimos simulque foedissimos morbos reportauerunt a scortorum consortio, quibus deinde omnino terribiles opponi curationes debent, quarum tamen ope vix vnquam integra valetudo recuperari solet. Si cui tamen acciderit hic vel sua culpa lædi, vel contagio a commilitone infici, caueat sibi a curationibus proprio consilio suscipiendis, vel iisdem ab hominibus imperitis, sibi expetendis aut ad-mouendis: quum, inter tot homines male multatos reuera pauci sint, qui non potuissent facile liberari, aut minori labore & impensa restitui, nisi suam salutem imperitissimis, & thraconice tamen multa pollicitis, permisissent. Non optime hic curat, qui citissime iuuare videtur, & gonorrhoea cito suppressa longi languoris, & magnæ morborum cateruæ, causa infinitis existit.

§. XXXVI.

Qui sanguinem certis anni temporibus vel per venam incisam emiserunt, vel per cucurbitulas subtrahendum sibi curauerunt, non temere desinant his vti præfidiis; tantoque minus recedant, quanto longiori iam adfuerunt tempore. Hæmorrhoidum euacuationem sponte aduenientem nunquam supprimat miles, suppressamque non negligat: neque tamen quæcunque abdominis tensua & flatulenta pathemata hæmorrhoidale molimen existimet, magnamque spem collocet in illa excretionem promouenda. Non deerunt facile nostro hoc sæculo, qui magna polliceantur, & nescio quæ certa medicamenta iactent, arcana, si diis placet, & infallibilia. Cogitet autem miles nulli viræ generi, quam militari, minus commodam existere hanc excretionem posse:

posse: omniaque potius esse tentanda, vt militem superfedere hac molestia faciamus, quam vt e longinquo quasi instruere hanc scenam, & inuitare fluxum hunc oporteat, etiam si verissimum esset, quod minime concedimus, tam certas & specificas esse illas medicinas, quarum fiducia sese tantopere aliqui iactitant.

§. XXXVII.

Cæcarum hæmorrhoidum furore exagitatus miles, si sanguine multo abundet, detrahendum illum sibi curet: vtatur deinde sanguinem contemperantibus & inflammationem prohibentibus. Initio primo satisfaciet suffitus ex vngulæ equinæ præsegminibus, aut scobe a quouis cornu vel vngula. Interponatur vnguentum de linaria. Aluus clystere infuso emollienda est, vt blande secedat, alias enim dolores immanem in modum augentur, ipsaque congestio & stasis a nisu excretorio intendentur.

§. XXXVIII.

Tandem etiam bonæ militum valetudini a perturbationibus animi varia imminent pericula. Fortes quidem viros nullum periculum terrere, nec strenuo pectori metum incutere quicquam adeo debet, vt non spes victoriæ, aut honesti ex hac vita exitus, illum sustentet & erectum mentis statum conferuet. Sed quoniam in tanta multitudinem non potest fieri, vt omnes æque sint aduersus perturbationes munito & præparato animo præditi: præsertim post magnas calamitates iam acceptas, quando se nouæ & maiores offerunt: efficiendum quidem erit vt animi quouiscunque modo ad spem, fiduciam & hilaritatem excitentur: quod quidem præclari

duces atque imperatores omni arte consequi semper studuerunt. Medici partes hic forte sunt minimæ, & tantum in illis, qui morbo correpti maiora metuunt, quam ex ratione debent; quos probabili sermone erigere debet, datisque medicinis, quæ vires prostratas excitent, humoresque ad interiora compulsos ibique detentos per omnem superficiem æqualiter distribuunt, ad alacritatem reuocare. Iuuat autem in omni tali statu adhibere vinum & blande spirituosum: illis autem, qui diutius passim citri saturatos, aut tantum cum aceto exhibendos: a quibus etiam iuuabantur, qui ab iracundiæ excandescencia grauiori læsos sese sentient. Iisdem casibus conuenit mixtura simplex ad guttas XXX, cum aqua vel vino exhibita

§. XXXIX.

Inter causas, quibus militum valetudo læditur & pessundatur, haud postrema est, quod se homines imperitissimi, lucri spe ducti, curationibus ingerunt, quamque numquam didicerunt artem, in perniciem humani generis, impune exercendam arrogant. Quantam hi cladem inferant castris TOBIAS COBERVS, in ipso *observationum suarum castrensium* initio, ostendit & exemplo comprobat. *Sancta fide*, inquit, *confirmare aulim plures hoc decennio per eiusmodi Harpyias, quam ab ipsis hostibus, trucidatos fuisse.* Offerunt se scilicet & medicos profitentur omnis generis & conditionis homines, agyrtae, Judæi, anabaptistæ, chirurgi imperiti, chymistæ desperati, tonsores, & tandem, ne quid desit, ipsi subinde milites, ii præsertim qui lue venerea sæpius correpti, peritiam

tiam aliquam inungendi mercuriales litus acceperunt propria in suis corporibus experientia. Nec defunt qui cistulas medicamentorum, hic illic acceptas, secum ferunt, quæ forte non mala sunt, sed peritum & tempestivum usum postulant: quem quum non noverint, sibi ipsis & aliis sæpe insignem noxam illis inferunt. Si non alio nocent nomine, illud certe magnum iam est & notabile damnum, quod huiusmodi tentaminibus fauorabile tempus sæpe elabatur & morbus confirmatur.

§. XL.

Neque parum peccari passim observatur, quod in militibus citas curationes præstare & peragere studentes aliqui, quam tutæ illæ sint parum cogitant. Hinc fit ut boni milites sæpe vexentur periculosis remediis, quæ præsentem morbum magis supprimunt, quam tollunt, vnde in chronica mala & vix umquam superabilia coniiiciuntur. Huius generis sunt remedia saturnina ad gonorrhoeam cito curandam chirurgis quibusdam castrensibus familiaria, & arsenicum, vario modo tectum & incrustatum, pro febrium intermittentium celeri, ut putant, auxilio: remedia etiam alia omnis generis drastica, purgantia, vomitoria, adstringentia, opiata, sudorifera, quæ in manu imperitorum idem faciunt, quod gladius strictus in furiosi manum datus. Non satisfacit officio qui celeriter curat, nisi & secure curet: & præstat morbum simplicem per aliquot dies tolerasse, ut si da curatione penitus tollatur, quam eum suppressere & hominem in cachexiam, hydropem, phthisin, luem veneream, asthmata, aliaque huius generis incurabilia fere mala coniiicere. Sed quantum in hoc sit periculi graui-

grauiter, & pro suo more, solidissime ostendit Ill. Dom. PRAESES *medic. systemat. tom. II. pag. 235.* & sequentibus, vbi medicamenta veneni vim habentia dilucida oratione exposuit: idemque, quantum imprudenti medicatione noceatur, & quot inde morbi pullulent, singulari scripto ostendit, passimque in aureis libris suis inculcauit: quos & ipse pro norma habeo, & vt plures euoluant, ii praesertim qui temerarium hoc thraasonum & centaurorum genus compescere possunt ac debent, vnice opto.

§. XLII.

Atque hæc sunt, quæ temporis sane angustæ rationes commentari de hoc argumento mihi permiserunt, haud otio abundant, sed omnino ad iter suscipiendum accincto, & inter accingendum scribenti. Volebam multa ex Ill. Dom. PRAESIDIS doctrinis olim hausta, & nouissime suppeditata, adicere, quæ vere præcipua habenda fuissent, de ratione morbos castrenses quosuis recte tractandi; hisque subiungere quæ Ill. D. D. ELLERVS, patronus & præceptor meus Excellentissimus, summa fidelitate mecum communicauit, in castris practice obseruata: sed quod tempori, per se breui, ob ferias sacras aliquot dies decedunt, vt typographorum manibus & studio frui non satis liceat: vela nunc contrahere cogor. Beneuolum lectorem rogo, velit a me nunc dicta in optimam partem interpretari, & spem animo fouere, fore vt si DEVS vitam & vires largiatur, elaboratiora & pleniora hæc vel ab Ill. Dom. PRAESIDE, accipiat: vel si negotia maioris momenti ipsum ab hac commentatione prohibeant, a me ipso forte expolita & practicis obseruationibus, ex ipsis castris colligendis, confirmata & illustrata euoluere, si placet, possit. Annuat DEVS votis, CLEMENTISSIMUM REGEM saluum ac incolumem præstet, exercitibusque eius prosperos rerum successus & viatorias multas largiatur, vt communis patriæ securitas perstet & pax aurea firmis gloriosisque legibus sancita tempestiue reddatur.

F I N I S.

V I R O
PRAENOBILI DOCTISSIMO ET EXPERIENTYSSIMO,
CANDIDATO PRAESTANTISSIMO

S. P. D.

P R A E S E S.

Quam graue sit medici castrensis munus, id TE ipsum bene iam peruidere ex erudita dissertatione TVA inaugurali, quam censendam mihi exhibuisti, satis potui intelligere. Scilicet curam valetudinis gerere debet illorum, in quorum salute spes patriæ & securitas sæpe vnice reposita est. Sunt inter illos flos patriæ nobilitatis, sunt principes viri, qui pro populo periclitantur, sunt denique inferiorum ordinum plures gregarii milites. Non eadem est omnium horum ratio, si fortunas spectes. Nam vt non omnibus extra nos positis, in vitam ac valetudinem sæuentibus causis omnino subtrahere se etiam felicissimus miles valet, v. g. aeri impuro & effluuiis noxiis inquinato; potest tamen aliquibus facilius mederi, vt iniuriis ab aere frigido, humido, calido. Et, vtut annonæ difficultas multitudinem militarem sæpe ad minus salubria impellit; parumque bene educati in affluentia omnium rerum intemperantiæ sese tradunt: id tamen de omnibus minime metuendum est, quum & sint, qui sibi de probis nutrimentis in ipsa difficultate prospicere valent, & in abundanti copia modum cupiditati statuere didicerunt. Et sane, nisi res ita esset comparata, frustra scriberentur consilia militum valetudini conseruandæ. Quum vero omnino pauciores sint hi tam felices; morbique ingruentes gregariam multitudinem maxime premant, quibus medicus castrensis debet prospicere, sæpe sub omnium ad salutem necessariorum vel defectu vel praua & manca dispositione: crebro vtique accidit vt diligentia sua non nisi paucos & satis

F

tarde

tarde ad salutem reducat. Scilicet omnium in castris verfan-
tium par est ratio: EVNT QVA POSSVNT. Summi du-
cēs euentum belli felicem de se non præstant: sed id vtique,
vt omnia faciant, quæ ad arcendum aut profligandum hostem
in viribus suis fuere posita. Non minus medicus, qui solus
cum paucis administris aduersus vim ingruentium morbo-
rum pugnat, non alia conditione sanitatem promittit, quam
quantum licet sollicito omnium artis præsidiorum vsu profice-
re. Sed his omiſſis ad TE ipsum venio, VIR NOBILISSI-
ME, TIBIque gratulor munus grauiſſimum, quod SERENIS-
SIMI, & CLEMENTISSIMI REGIS ac DOMINI nostri ius-
ſu ſuſcepisti. Haud imparem TE tanto honori iudicauī, &
ſummo loco declarauī. A multis iam annis corporis huma-
ni ſtructuram cultro anatomico tanta ſedulitate ſcrutatus es,
vt nulli in hac peritia palmam concedas. Fuiſti deinde in
noſtra hac Academia medicinae ſtudiis per complures annos
probe inſtructus & imbutus, meisque doctrinæ tanta diligen-
tia deditus, vt TE pares induſtriæ fructus reportaſſe ſatis co-
gnouerim. Tertius iam agitur annus, ex quo a nobis ad Re-
giam ſedem reuerſus illuſtri & excellentiſſimo Archiatro
D. D. ELLERO te adiunxiſti, vt ab ipſo ad artis opera ex-
ercenda deducereris: cui tantum ſatis feciſti, vt nullum TE
digniorem iudicaret, qui ſibi in officio medici militaris ſur-
rogaretur. Hæc quum ita ſe habeant, nullus dubito quin
omni fide, peritia, induſtria ſatis CLEMENTISSIMI REGIS
& DOMINI noſtri deſiderio facturus ſis, exercituique cum
magno fructu inſeruiturus: quod vt pleniffime fiat, DEVM
immortalem vinceror. Gaudeo omnino, quod ab aula his die-
bus, TE comite reuerſo, muneris academici exercendi primus
TV, VIR EXPERIENTISSIME, anſam offers: tantaque
TIBI alacritate honores in medicina ſummos collaturus ſum,
quanta his quadraginta annis vlli fuere a me tributi, quem
inter digniſſimos retuli. Vale & rem, DEO fortunante, felici-
tèr age. Halæ Magdeburgicæ a. d. XII. Aprilis MDCC XXXV.
NOBI

NOBILISSIMO ET DOCTISSIMO
DOMINO CANDIDATO

S. P. D.

MICHAEL ALBERTI.

CAstra sequi atque salutis æque ac conseruationi prouinciarum populorumque operam & curam impendere, officium satis est arduum, quod præsentiam, præstantiam, constantiam & vigorem animi, vt & peritiam, prudentiam atque dexteritatem postulat; quam ob rem *Franc. Romanus de militari medicina conditione p. 3.* ait: *medicus militibus medelam inueniens & instituens, multis qualitatibus medicinam ciuicam aliamque popularem superare debet: haud enim in castris medico amplius patet campus militare cum militibus, aut in viscera horum grassari & sauire, sub persuasione ac si militum natura ferrea & corpora aenea existant, ne alioquin strenui milites ab hostium armis belligeris salui liberique in hostiles claustrinas imperiti & audacis medici incidant manus, qui experientia per mortes facere atque impune occidere nec religioni, nec conscientia sibi ducit; liquidem in curationibus castrensibus haud tumultuarie versari & vagari, sed omnia circumspecte, perite, scite, opportune atque prompte operari decet: audiendus hoc loco est BERNARDINVS RAMAZZINI de morb. artis. cap. 40. tit. de morb. castrensibus p. 636. Verum, ait a Clarissimo viro D. Georgio Errico Barnstorf accepi, Medicinam in Castris non adeo rudem esse, neque tam irregularem, vt vulgo creditur, cum Principes ac exercituum Ductores, tum sibi, tum suis copiis peritos medicos cum magna pharmaceutica suppellectile, magnisque stipendiis conductos, adesse velint, sicut in Troiano bello Machaonem Medicum ac celebrem chirurgum inter Græcos fuisse legimus: hæc regerit dictus author ad assertionem, quam p. 635. profert, inquit: ego in castris longe diuersam esse medicina faciem ab ea, qua in Ciuitatibus visitur, & exlegem esse censebam, vt cum quadam te-*

meritate essent rapienda remedia: Sicut enim Castrensis vita brevis esse consuevit, ita inibi artem medendi, non adeo longam esse debere existimabam, sed expeditam, & sicuti occasio est princeps, ita experientia esse periculosa, sicque medicum etiam si velit, ob inopinos casus & frequentem Castrorum mutationem prestare se non posse opportuna facientem, neque agros ipsos: Vtut vero Medicina militaris admodum ardua, multisque difficultatibus atque impedimentis circumsepta sit, tamen sicut iuxta Hippocratis monitum nec generatim, ita nec in illa Medicina Castrensi a rationis dictamine discedendum est, nec per anfractus aut deuia Naturae salutaria & rationalia castra & tabernacula deferere, nedum tormentis medicis afflictos milites inuehere, atque oppugnare licet: ex æquitate naturali enim inferioris ac vilioris militis operosi vita tantum pretiosa est, ac dignioris & nobilioris; eam ob causam in Medico Castrensi dexteritas, pietas, ratio, prudentia, atque peritia principales facultates esse debent, hinc HILDANVS in cista militari ad Lectorem monet: perquam necesse est, ut Dux exercitus fideles, pios atque expertos Medicos & Chirurgos habeat, ne propter inscitiam, negligentiam aut temulentiam Medici vel chirurgi milites pereant, quod plerumque fieri, exempla non desunt: addit porro: Dux itaque exercitus, si inexpertos medicos atque Chirurgos habuerit, non solum milites, verum etiam semet ipsum periculo committit: Deus etiam sanguinem eorum, quod ipsius negligentia pereant, ab ipsius manibus requiret: hanc ob causam apud antiquos Duces exercituum, Metbridatem nimirum, Lysimachum, Alexandrum Magnum, Julium Casarem & alios se in arte Medica oblectasse, historiae fidem faciunt: claudit & obsignat hanc tractationem: Medicus enim si aliquid circa agrum neglexerit, egram Deo, suo quoque tempore, rationem redditurus est. Pluribus medici Castrensis facultates exposuerunt RAYM. MINDERERVS in Medicina Militum. HENRICVS SCRETA de febre maligna Castrensis, IOSEPHVS SCHMIT in medicina militari, ANTONIVS PORCIVS de militia in Castris sanitate tuenda, GALFRI EP. de mutanda victus ratione iis, qui castra sequuntur, ANT. SCHNEEBERGERVS de bona militum valetudine conseruanda, IOH. VAL. WILLIUS de militia murga-
bosa

bosa & morbis castransibus internis, LANGIVS *de Morbis Militum*
STAHLIVS *de Curationibus Castransibus* & e recentissimis SORCH
scripto germanico *de militum morbis*, præter reliquos ante-ak-
legatos: ast dum expeditiones bellicæ, castra, populi, pro-
vinciæ, loca ac multiplices aliæ circumstantiæ in medicina mi-
litari discrepant; ita iudicio õpus est, ne promiscue consilia
congeramus, sed providam scrutationem & conciliationem
ætatis, virium, naturalis roboris, aduetudinis, laboris aut of-
ficii, indiidualis dispositionis, gentis &c. &c. instituamus, in-
de omnis audacia in suscipiendis experimentis fallacibus ra-
tionis dictamine & conscientiæ moderamine temperabitur,
vnde etiam fausto omine multi salutares ac prosperi successus
expectari & sperari poterunt: Similes felices atque desiderato-
tos in officio medico Castransis, quod dirigente coelesti pro-
videntia & mandante Regia Clementia suscipere debes *No-
bilissime & Experientissime* Dn. Candidate, rerum successus atque
eventus, de eleganti Tva ominor capacitate, quippe qui ante
hac in Fridericiana egregia industria Medico studio sub reli-
quo honesto & modesto vitæ genere strenuam operam dedisti,
& inter alias, mea æque manuuctione curatori fedulitate
frui *Tibi* placuit: hinc ingenuo integroque animo diuinam
benedictionem *Tibi* apprecor, vt non modo ipsemet firma ac
constanti animi corporisue incolumitate instructus vigeas, sed
& omnes labores *Tui* medici imprimis in militum fanitate tuen-
da, subleuanda, roboranda & restituenda exoptatissimos salu-
berrimosque nanciscantur decusus atque effectus, vt imposte-
rum omni animi tranquillitate & Gratia Dei & Clementia
Regis frui queas; & ita nunquam aliorum fauens propensio
Tibi deerit; denique benevolæ tuæ recordationi atque amicit-
iæ me committo, insuperque pro virium mearum modulo
quælibet grata officia *Tibi* spondeo. Vale dab. Vigillio
Paschatos V. Idus Aprilis A. O. R. c1b Idcc xxxv.

G Radio, Morbona, patri comes ire cauebis,
Non sunt hospitio castra parata tuo.
Miliribus comis se nostris iungat Hygea:
Aeglen adducat Rome Acefoque foror.
Has, ne diffugiant, diuas, LESSERE, memento
Conciliare tuis & colere obsequiis.
I felix, fugiant viso TE vindice morbi:
Sit comes & maneat comis Hygea TIBI.

*Nobilissimo & Praestantissimo Dno, Candidato
applaudens scripsit*

IO. HENR. SCHVLZE.

VIRO CLARISSIMO EXPERIENTISSIMOQVE ET DOCTISSIMO

J. G. LESSERO,

DESIGNATO MEDICO CASTRENSI R. P.

MEDICINAE CANDIDATO DIGNISSIMO

S. D. P.

DANIEL STRÆHLER,

PH. P. P. O. ET MATH. EXTRAORD.

Objectum *medicinæ* adæquatum procul dubio est conferenda & labefactata hominis sanitas instauranda Quæ propter *illa* minime est mere *speculativa*, sed maxime *effectiva*. Recte itaque dicitur *ars* omnem curam & diligentiam in humanam valetudinem conferendi. Patet igitur munus *Medici* cuiuslibet, præcipue vero *castrensis*, esse arduum. Sicuti enim cuiuslibet *Medico* sanitas & vita nobilissimæ creaturarum mandatur: ita nominatim *castrensis Medicus* ex mandato PRINCIPIS suscipit curam valetudinis militum periculo omni expositæ, quæ sibi singularem omnino deposcit prudentiam. Vtique omnis & *castrensis Medicus* solida eruditio-
nc

ne fit instructus, ab hypothefibus in genioforum Doctorum & empirica praxi alienus. Sed fuit & hoc TIBI femper propofitum, *Clariffime Domine* CANDIDATE, ut folida fcientia animum excoleres: propterea enim Anatomia, Philofophia & Mathefeos praefidiis confirmatus ad *Medicinae* ftudium tranfiifti, quippe non obfcurum TIBI erat, fine harum ope in *Medicina* omnem plane induftriam finiftre collocari. Atque finem ita feliciter collegifti, ut jam ex merito exiftas Potentiffimi REGIS Noftri *caftrenfis Medicus*, & nullo modo fit dubitandum, TE magnum reipublicae fructum effe foeneraturum. Gratulor ergo TIBI, *Digniffime Domine* CANDIDATE, primum de hoc munere, deinde etiam de honoribus in arte falutari fummis TIBI conferendis. Faveat porro Deus fuis muneribus, quae TIBI concessit, & res TVAS, conatus & labores ex voto femper in melius & majus provehat ! Vale !
Dabam Halae d. 12. Aprilis. 1735.

S Er kan von Difteln Frucht, von Dornen Trauben lesen?
Wohnt wol der Faulheit Kunst, der Einfalt Wissen bey?
Ein Geift der aufgeweckt, von diesen Fehlern frey,
Und der von Jugend auf recht fleißig ift gewesen,
Dem lernen eine Luft und ein vergnügend Spiel,
Derfelbe wird gelehrt, erreicht der Ehren Ziel.

Diß kan ich, Werther Freund, von Dir mit Wahrheit fagen.
Du haft von Jugend auf die Wißenfchaft geliebt,
Und in Hygeens Kunst mit Klugheit Dich geübt,
Du hörteft eifrig zu, und wufteft wohl zu fragen.
Gabft, bey zergliederung der Körper fleißig acht,
Und diefes ward von Dir gefchickt bald nachgemacht.

Da Preußens Majestät Dich jezt zum Arzt beftellet,
Und die Gefundheit Dir derjenigen vertraut,
Die Frankreich an dem Rhein mit banger Furcht anschaut;
Da jezt zum Medico der Doctor sich gefellet,

So

So wird in Dir die Kunst mit Ehre fest vereint.
Glück zu! Es geh' Dir Wohl! Bleib stets mein treuer Freund.
Seinen Werthen Freunde, und für Sieben Jahren in Berlin,
auch nachhero alhier gewesenen Herrn Auditori, graul-
let hiermit und empfiehlt sich zu geneigten Andencken

Joh. Fridr. Cassebohm,

Med. Doct. & Anatom. Prof. Extraord.

Soll einem Practico die Cur nach Wunsche geh'n,
So muß er seine Kunst, sein Hand- Werk recht
versteh'n,
Bald freundlich, ernsthaft seyn, sich in die Zeiten schicken,
Verständig; tugendfahm; so muß es ihm gelücken.
Dies alles trifft bey Dir, mein Wehrer Lessor, ein,
Du bist gelehrt und klug, kanst ernsthaft, freundlich seyn;
Dein Thun ist mir bekannt; und zwar vor vielen Jahren,
Hab' ich schon Deine Treu und Wissenschaft erfahren,
Du warst, wie man sagt: stets meine andre Hand,
Und rieß mich meine Pflicht hier oder dort aufs Land,
Konst' ich Dir in der Stadt die Krancken anvertrauen:
Ja, kurz, Du weißt die Kunst Dein Glück selbst zu bauen.
Auch ist Dein Vorsatz recht; Nimm hin den DOCTOR-Hut,
Ich wünsch' Dir vieles Glück zu dem verdienten Gut.
Doch scheint dieser Lohn vor Dir noch fast zu wenig,
Darum erhebet Dich Dein Gnädger Herr und König,
Du gehst auf dessen Wink zum Marte in das Feld,
Und richtest wieder auff was krank zu Boden fällt.
Wohl Dir Geehrtester Freund, da Du mußt von uns reisen,
Soll Dir mein Glück- Wunsch doch dazu die Wege weisen.

J. N. Brockmann,

Stadt- und Land-Physicus.

Non bene de patrio sensisti, culte Sabine,
Milite, dum verbis his tua Musa canit:

Quando

Quando ruinosa stabant circumdata muris
Oppida, nec præceps fossa, nec ager erat:
Inclita tunc belli Germania laude vigebat,
Hoste Tibi nullos incutiente metus:
At fossis postquam nunc es munita profundis,
Aggeribus vrbes vallat arena tuas.
Nunc virtute cares: nunc supplex porrigis ultro
Omnibus imbelles hostibus ipsa manus.
Grandia quod trepidos formidine cornua ceruos,
Hoc Tua Te fossis moenia cincta iuuant.
Errasti Vates, lapsuque per auia ferris,
Te contra opponens sic mea Musa canit:
Quamlibet excelsis sunt iam circumdata muris
Oppida, nec præceps fossa, nec ager abest,
Formidanda tamen Germania laude potitur,
Gallo illi nullos incutiente metus.
Nam fossis quanquam iam sit munita profundis
Aggeribusque vrbes vallat arena suas:
Non ideo virtute caret: nec porrigit ultro
Francigenis supplex hostibus ipsa manus.
Sed quod magnanimum iuuat vngula curua leonem,
Hoc illam fossis moenia cincta iuuant.
Nunc addo. Virtus præstans in milite, quocum
Mars contra Gallos Prussicus arma gerit.
Hic superat forti munimina pectore cuncta,
Et nullo victum robore robur habet.
Ne vero morbi noceant, hinc Prussicus Heros
Præseruatrices vult adhibere manus,
Atque Tua sis virtute atque arte medendi,
Te Medicum mittens in sua castra suum,
Vult, vt Doctoris summo maçteris honore,
Atque feras agris post quoque promptus opem.
Vade bonis auibus, felix ad castra propinqua,
Nec Tibi quis Gallus damna molesta ferat:

G

Sis

Sis potius saluus, sis faustus in arte medendi,
Sic medica castris arte leuamen eris.

Nordhuse
d. 9. Apr.
1735.

*In honorem honoratissimi Domini pa-
truelis inter meditationes Paschales
hæc deproperabat*

FRIDR. CHRISTIAN LESSER,
*Past. ad mont. Mar. &
Orphanotr. admin.*

FRATRI VNICO PERQVAM DILECTO,
MEDICO CASTRENSI DESIGNATO
DOCTORANDO MERITISSIMO

SALVTEM PLVRIMAM DICIT.
CAROLVS FRIDERICVS LESSER.

Saarmundensis Pastor.

SYracides excellentiam Medicinæ, meritaque Medici Ca-
piti xxxviii, commate 3, hisce exprimit verbis; *Scientia
Medici exaltat caput ipsius, adeo vt coram Magnatibus sit ad-
mirationi.* Et ita est. Ars etenim hæc salutaris ob præroga-
tiam suam cultores suos ad cultum diuinum inuitat, quippe
quo dein ad primam medicinæ ducuntur originem. Sapien-
tissimus enim Conditor, vti in prima creatione omnia valde
bona condidit, ita præprimis in gremio terræ multa occulta-
uit vegetabilia & mineralia, quibus mirificas & potentissimas
medicandi indidit vires. Vegetabilia tot radices, folia, cor-
tices, ligna, flores, semina, fructus, succos, resinas, gumma-
ta &c. præbent, quæ omnia dirigente sic Numine summo iuxta
artis Medicæ leges præparata ac præscripta in sanitatem ho-
minis ex terræ superficie progerminant. Nimirum & ex inti-
mis terræ recessibus, potentissima porriguntur medica-
menta, ex quibus Medicinæ peritus varia, in emolumentum
æque ac solatium ægotantium, elixiria, olea, emplastra pul-
ueres, pillulas, saliaque conficere didicit. Non satis igitur le-
hovæ

houæ sapientia est laudanda ac admiranda, qui in commodum
mortalium per artem medicam tot exhibuit omnipotentia ac
miseriçordiæ testimonia. Omnipotentia signum luculenter
haud raro apparet, quando quis morbo magno, acuto & gra-
uissimo laborans, (remedio antea ipsi a Medico apprime caute
applicato) celerrime e mortis quasi faucibus eripitur. Mife-
ricordiæ adsunt vestigia innumera, si agrotantibus, gravissimis
cruciatibus afflictis, medicina offertur cuius auxilio, ad stupo-
rem sapius, leuamen & solatium conciliatur. Quapropter
benignissimus Conditor scientiam hanc quibusdam concedit
hominibus, vt gloriosi efficerentur admirabilibus ipsius. Quam-
obrem prudens Medicus diuinam eiusmodi scientiam non tra-
ctat empirice obiterque. Sed cum peritia sua arctissime coni-
ungit, *pietatem candorem, modestiam. Pietas* erga Deum requi-
rit scrutationem Libri naturæ non modo sed & reuelationis,
qui in ipso reuerentiam erga Archiatrum incendit coelestem:
hæcce nimirum pietas, vt ad omnia, ita & Medico maxime est
vtilis. *Candor* pertinet ad proximum, vt secundum scientiam
& conscientiam proximo inferuiat, secundum tenorem Tabu-
læ posterioris: Diligas proximum tuum, vt te ipsum. *Mode-
stia* concernit semet ipsum, ne nimium in alios elatus, supra
modum sapiat vltra, quam oportet sapere, sed capiat ad sobri-
etatem, prout cuique DEUS partitus est mensuram. Quo fit,
si hocce trifolium virtutum intime est coniunctum, vt plus
gratiæ Medicus ac amoris apud cunctos adipiscatur, omnibus-
que sit admirationi. Tunc ancillantur ipsi tribunalia, patent
arcana dominorum, pallidus cliens eum adorat, ab ore ipsius
moriturus æger spirat, matronæ, pueri & innuptæ puellæ mo-
rigeria ipsi sunt, patrocinantur Magnates, anxie desiderant
ægotantes, de eo gaudent conualescentes. Quam rectissime
itaque exprimit Syracides merita, artis prudentia, nobilis, cun-
ctisve est admirationi. Ty, FRATER OPTIME, vnice dilecte,
a teneris vt agunt unguiculis scientiam artis salutaris folide
ac indefesse es persecutus. DEUS quoque & TIBI haud igno-
bile ingenium in hac arte benigniter concessit; Ty indefesso
studio,

studio magna in arte Medica augmenta egregie sæpius perfecisti, ut nunquam dubitandum mihi fuerit, TE Patriæ nostræ aliquando fructum esse foeneraturum haud minimum gratiamque apud proceres æque ac inferiores inuenturum. Quoniam, TV, mi frater, Diuinum Numen semper honorasti, TE iterum honorauit, vt nunc mera *Clementissimi nostri FRIDERICI GVILIELM* gratia, omnibus fias admirationi. TV hætenus Galeni, Hippocratis, aliorumque Medicorum nostri æui celeberrimorum castra es secutus; Nunc TE Rex noster gratiosissimus iubet castra sequi ad Rhenum, exercitumque suum præ multis aliis quam selectissimum, TVÆ scientiæ credit ac Conscientiæ, inde est, quò omnibus, etiam inuidis, sis admirationi. Gratulor itaque TIBI exintimo cordis affectu de hoc honore, mihiq; gaudeo. Rex regum, cuius castra in sacro sequi promisisti lauacro; induat TE spiritu suo forti, bono ac sancto, quo artem TVAM, sub eius alis ac regimine diu ac feliciter in honorem Triunius, & gratiam Regis TVI ac mei longe clementissimi queas exercere. Spes, mi frater, crede mihi, confisa DEO, nunquam confusa recedit. Gratulor quoque TIBI de gradu Doctoris capeffendo. Diuinus ille arbiter res TVAS, conatus, labores, ex voto semper vt hætenus, imo in melius & maius provehat. Faxit! Vale pergeque me amare. Dabam Saarmundi die 14. Aprilis M DCC XXXV.

NVnc tandem Medicus, nunc Expertissimus audis:
Imposuit titulos infula parta nouos.
Imposuit titulos, non rem tamen: ante malorum
Perdomitor Phœbi castra sequutus eras.
Expertus cathedram scandis plaudente corona,
Expertus merito diceris inde redux.
Quo pede coepisti, pergas, precor: vsque salutis
Inueniens alias experiundo vias.

Sic

Sic documenta dabis, quantum experientia possit,
Si partes solida cum ratione facit.

*Hiscæ clarissimo Dno DOCTORANDO, Amicæ
astimatissimo applaudit, & beuuculam sui
memoriam quam obseruantissime commen-
dat*

ERNESTVS GOTTHOLD STRUVE.

Med. Doctorand.

Soch Edler Freund,

ich seh, Dir viele Wünsche schreiben,
Und keinen, der Dich ehrt, mit Vorsatz aussen bleiben,
Da der Hippocrates Dich hent so würdig schätzt
Daß Er das grosse D zu Deinem Nahmen setzt.
Es will daher auch mir vor andern wohl gebühren,
Den Pegasus vor jetzt auf den Parnasß zuführen,
Da dieses solche thun, die Dir bey weiten nicht
Für Lieb und Freundschaft wohl, so sehr als ich verpflichte;
Doch weil ich nicht geschickt recht nach der Kunst zu dichten,
Muß Dir mich nach dem Sinn, nicht nach den Worten richten.
O trefflich schöne Wahl, wenn man die Weisheit liebt,
Und der Gelehrsamkeit sich ganz zu eigen giebt!
Die Weisheit führt ihr Kind in keine Wüsteneyen,
Wo Hunger und Verdruß, statt Rosen, Dornen, streuen,
Nein, durch Sie findet man der grossen Herren Günst,
Ein jeder nähret sich von wohl erlernter Kunst.
Dis kan Geliebter Freund, uns Dein Exempel lehren,
Da wir die Freuden Post von dem Gerichte hören:
Daß Dein beredter Mund, Dein Wesen ohne Zwang,
Der ächten Tugenden schon weit erschollner Klang,
Dein aufgeweckter Kopff, Dein hochgelahrtes Wissen,
Ja die Vollkommenheit, der Du Dich stets besissen,
Den Edlen DOCTOR-Zur, den jedermann hoch schätzt,
Als längst verdienten Lohn, auf Deine Scheitel setzt.

G 3

Seh,

Ich, der ich jederzeit der Freunde Wohlergehen
Mit Unempfindlichkeit, nicht pflege anzusehen,
Und auch an Deinem Wohl, seit dem das Freundschafts-Band,
In Friedrichs Mufen, Sitz, uns machte recht bekannt,
Mein Theil, wie sichs gebührt, mit größter Lust genommen,
Bin auch an diesem Fest, wodurch Dein Glück vollkommen,
Mit solcher Freud erfüllt, daß mir das Herze lacht,
Und die, was Schwermuth heist, vertreibt durch Ihre Macht.
Ich wünsche daß Du bald auf höhre Stufen steigest,
Und Dich der ganzen Welt als ein Gelehrter zeigest,
Der durch Geschicklichkeit ein Lebens-Künstler sey:
Dem Wunsche setze Gott sein kräftig Fiat bey.
FIAT hör ich so gleich durch alle Lüfte dringen,
Und daß es schon geschehn, die Fama also singen:
Zerr DOCTOR Lesser ist aus des Galeni Orden,
Bey Preußens Krieges-Macht Medicus geworden:
So gehts dem, welcher Gott, die wahre Weisheit ehrt,
Dem wird viel Wohlergehn mit Hauffen zugekehrt.
Auch hiezu wünsch ich Glück und tausendsachen Segen.
Gott wolle viele Krafft in Deine Curen legen.
Nun fehlt Dir nur noch Eins: Such eine Schafferin,
Die Deiner würdig ist zu Deiner DOCTORIN;
Inzwischen bleibe Mir so wie bisher gewogen,
Als der ich nicht ein Wort von Dir und Mir gelegen:
Zu Stargardt an der Jhn, schrieb dis in seiner Celle
Geehrter Freund

Dein

Knecht
Johannes Christian Sölle,
J. V. C.

SS Ein wahrer Tugend Grund des Glückes Staffeln baut,
Wenn man auf Müh und Kunst der Wohlfahrt
Wachsthum schaut,
Wenn ein geübter Fleiß nach ächtem Wissen ringet,

So

So siegt die Hoffnung mit, des Wunsches Ziel gelinget.
Gelehrte und Edler Freund, Du zeigst die Proben an,
Die ein begehrtes Heyl am besten stützen kan:
Denn Dein Verdienst bringt Dich in der Gelehrten Orden,
Man rühmet Dein Geschick, das Dir zu Theile worden.
Morbona steht beschämt; doch Meditrine lacht,
Die auf Dein steigend Heil zum zweyten mahl bedacht.
Man wird von Dir am Rhein die besten Proben hoffen;
Denn **FRYEDRICH WILHELM** hat die kluge Wahl
getroffen.

Wenn dieses Königs Glanz der Weisheit Gold erhöht,
Damit der Wohlfahrt Bau auf festen Gründen steht,
So muß die Wahrheit selbst von Allmachts Kindern sprechen,
Denn weder Fall noch Sturm kan seinen Vorsatz brechen.
Nun siehst Du wenn Verstand begehrten Vorthail spührt;
Wird nicht Vernunft und Wig durch solchen Schatz gerührt?
Ohnfehlbar: Feur und Muth verdoppelt Geist und Leben,
Hygea ist schon da den Ehren - Kranz zu geben.

Nur fort und säume nicht! Dein Glück wirckt meine Lust,
Denn ein gerechter Trieb erhist die frohe Brust,
Fleiß, Eiffer, Ernst und Müh soll diesen Schmuck erwerben.
Denn träge Schlummer wird davon doch nichts ererben.

Was wird man nicht von Dir für Klugheits - Proben sehn,
Wenn Meditrine wird mit Dir ins Lager gehn.
Wie wird Dein reger Fleiß der Krankheit Wuth verdringen,
Und den verzagten Frost und Hülf und Ruhe bringen.

Ja wenn des Todes - Wurm schon an den Herzen nagt,
Woran der letzte Stoß den kühnen Angriff wagt,
So wird Dein munterer Fleiß Erlösungs - Mittel schencken:
Ich aber werde stets auf jeden Lobspruch denken.

Noch eins; die Themis ruft, Du folgest ihren Wind,
Du opferst Deinen Fleiß, sie reichet Dir den Ring:
Denn Meditrinens Huld will sich mit Dir verbinden,
Und Themis Lorber - Kranz um Deine Scheitel winden.

Gefegnet.

Gesegnet sey der Tag der diesen Bund beehrt,
Und der der späten Welt ein rühmlich Denckmahl lehret:
Die Tugend wird belohnt will man den Preis erlangen,
So muß Vernunft und Fleiß stets an einander hangen.
Darff die Bescheidenheit Dein Lob nicht recht erhöhn,
So soll die Tadelssucht Dir nicht zur Seiten stehn,
Dein Lobspruch ist bekannt: Du Hochverdienter Lesser,
Wer gerne tadeln will, der mach es vorher besser.

Johann Christian Justus Eller
D. R. u. D. W. W. B.



U 1215

ULB Halle 3
003 005 259



SP

1078





DISSERTATIO

MILITARY
TYDINER
IN C

DN. FRIDER
CONSILIARIO REG
VNIVERSITATIS FRIDE
PROFESSOR

ORDINIK
PATRONO AC PRA
AET
PRO GR


PVI
Ad d. X

IOHANNES

EXERCIT

HAL

TYPIS IOHANNIS C



E
A

NNO
TRO
ICINAE

BOVIO

ER

POGR.

